

A, dit auris tua. Sunt autem qui metaphoram hanc ab illis sumptam esse putant animantibus, quæ ad quemvis sonitum, ut liquidiūs audiant, aures inclinant. Basilius vero ita sentit hoc loco: τὸ δὲ καίνον  
κύριον τὸ δέ σοι, εἰ μηταφορᾶς τιθηκεν ἀρρέστηντος οὐδενός τοι πάντας λαλῶν, καὶ τὸν λαρρὸν πεσμένον  
τὸ σώματος τοῦ ἀνολού ἀναγνάσσοντο. Simplicius est, ut inde sumptam intelligamus, quod preces eorum,  
quibus bene volumus, auribus attentis percipimus: eorum vero, quos audire dedignamus, aures  
suis auribus contemnimus. Vnde fit, ut indicium benevolentiae sit, si pauperis preces attentis auri-  
bus diues, vel subditi sui princeps quispiam exaudiat.

Quod autem confessum initio Psalmi hanc Domini benevolentiam ambit, ut orationem suam  
inclinatis auribus benignus exaudiat, documento nobis esse debet, quam sit nobis ista Domini  
clementia cum primis necessaria. Nisi enim illa sit, frustra instituetur qualiscunque oratio. Iudæis  
,, dixit Dominus, quibus male propitius erat: Cūm multiplicaueritis orationem vestram, non au- *Esa. i.*  
,, diam. Hac vero impetrata, quid tandem erit, modò æquum ac necessarium, quod fiducia orandi  
obtineri à Deo nequeat? Non etsi tigitur præter rationem, quod hanc Propheta, & initio oratio-  
nis, ante quam aliud quicquam petat, & infrā vers. 7. post petitorum quorundam recensionem,  
tam diligenter ambit. Itaque sicuti summæ gratiæ loco reputandum nobis est, quod aures Patris  
nostræ cœlestis ad orationes nostras, si illæ fideliter & in veritate fiant, sunt attentæ: ita certe sum-  
mo nobis studio conandum est, ne quā illas vel improbitate vitæ, vel cordis perfidia auersas red-  
damus. Præsens hoc seculum abundè testatur, ut necesse non sit ad priorum seculorum historias  
respicere, quam non sit ullus rerum meliorum sperandus successus, aures suas Deo à precibus no-  
stris auertente.

Quoniam adflictus & pauper sum ego.] Se penuero hæc duo coniungit Propheta עני וְאָבִירֵנִים. *Adfli-* *OBS. 2.*  
*etum significat עני, egenum vero & inopem אָבִירֵנִים. Adflictum esse, est rebus molestis & aduersis, que sum.*

*mopere deprecari, affici. Egenum vero esse, est rebus necessarijs destitui. Et quoniā, qui huiusmo-  
di sunt, quæ necessaria sibi putant, pérpetuò desiderant factum est, vt tegeñi אָבִירֵנִים. hoc est, deside-  
rant vocentur: à verbo אָבִח quod est, concupiuit, desiderauit. Ita hæc duo, adflictum & egenum esse, ple-  
runque cohærent. Quod autem hanc particulam Propheta præmissæ petitioni rationis vice subij-  
cit, trium nos admonet.* 1. *Quod sensus afflictionis & egestatis animum adflictum & egenum*  
*ad hoc impellat, ut ad clementiam aurium Dei configuat. De pijs animis loquor. Alioqui in reli-  
quis diuersum appetit. Ita comparati namque sunt adficti & miseri, vt nihil obnoxius expetant,*  
*quam ut aures dentur, quibus miseriam suam conquerantur & exponant, nec re aliqua magis tur-  
bentur ac deiçiantur, quam si illæ negentur. 2. Quod nec regnum nec singulare illud prophetæ*  
*ac θεορωιας donum, talem reddant hominē in hac vita, qui nullis sit afflictionibus & miserijs ob-  
noxius. Solemur in serias & ærumnas nostras talium virorum exemplis: nec reputemus insoiens,*

*si in nobis accidat; quod hīc de se vir tantus, rex & propheta in conspectu Dei queritur: qui tametsi*  
*rex esset, nec terrenarum rerum penuria laboraret, multis tamen quæ desiderabat, destitui se in ad-  
flictionibus sensit. Nec putemus hoc sine singulari dispositione fieri, vt etiam reges ac prophetæ*  
*sentire cogantur, esse se adfictos & egenos, quatenus de donis singularibus haud insolecant ac*  
*dicant: Quis est Deus? sed humiliati, ad diuinam gratiam & prouidentiam perpetuò configuant.*

3. *Quod non dicit, Quoniam iustus sum ac dignus ad cuius preces aures incline: sed, Quoniam adflictus & ege-  
nus sum ego. Afflictione in ergo & egestatem suam Deo obijcit, significans harum illum intuitu ad*  
*misericordiam & clementiam perimoueri. Quoniam per iniuriam ab inimicis adfligeretur, vt haud*  
*inmerito dixisset: Quoniam innocens sum, & iniuste adfligor: maluit tamen simpliciter afflictionem & e-  
gestatem suam causæ loco adducere, ob quam speret se clementer à Deo exauditūiri. Quod perin-  
de est, ac si subditus quisquam miserè adfictus, opem principis sui, ac primū clementiam illius*  
*ambitus, hoc petitioni suæ præmittat, vt dicat se esse adfictum & egenum, ein angefochtenen armen*  
*Mann. Certe ista afflictionis & egestatis obiectio, haud parum ad id potest, vt clementis princi-  
pis aures attente reddantur.*

Admonemur ergo hoc loco, quid de Deo patre nostro sentire, & quānam potissimum ratione  
petitiones nostras auribus illius insinuare debeamus, ne dicamus cum Pharisæo: Gratias ago tibi *Luc. 18.*  
,, Domine, quod non sum sicut cæteri, &c. sed cum publicano, humili animo miseriam nostram præ-  
texentes, gratiam & clementiam illius ambiamus: & cum Propheta hoc nostro, ac sapientissimo  
rege, adfictos & egenos nos esse queramur.

Custodi animam meam.] Hoc est, vitam meam. Ergo vitæ suæ timuit Propheta. Quid alioqui opus *OBS. 3.*  
erat pro illius orare custodia? Ita & infrā queritur de superbis, quod aduersus animam suam insur- *Vers. 2.*  
rexerint. Quid hīc videmus aliud, quam etiam in sanctis mortis metu habere locum? Quin & in  
Christo tale quid declaratum est, cum diceret: Tristis est anima mea usque ad mortem. Et: Pater, si  
fieri potest, transeat à me calix iste. Et: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Proinde  
cauendum est, ne quem propter mortis horrorem condemnemus, nisi & sanctos Prophetas, &  
Christum ipsum filium Dei condemnare velimus.

Deinde simul notandum est, quid in mortis metu fecerit Propheta, & quomodo se gesserit.  
Quod ad hunc & consimiles Psalmos attinet, videamus illum vitam suam diuinæ commendasse  
custodiæ orasseq; vt conseruaretur. Tam scilicet abest, vt diuinam hoc nomine timuerit indigna-  
tionem, quod mortis metu afficeretur, vt etiam pro vitæ suæ custodia, absq; vlla hæsitatione Deum  
ipsum implorauerit: sicut & Seruatoem Christū ipsum fecisse, citata iam illius verba conuincunt.  
Sive vero historias inspiciamus, ille nobis non hoc solùm commemorabunt, quod vitæ suæ timue-  
rit, & quod pro illius custodia opem Dei implorauerit, sed & quod sibi fuga quoque sæpenumerò

Ft 3 consulue,